tum et moderatum, Academiæ Protectorem, amicum et com-
patrem mihi conjunctissimum, olim condiscipulum et nuper
Collegam in Senatu Ecclesiastico. Funus ei factum est cum
publico etiam luctu civium 28. Novemb: cui ante dies
quintum eâdem luce extincta esset ejus conjunx, et ante hunc
mensem filius major natu, Jacobus magnæ spei juvenis.
Nos in collegio nostro conclusi tenemur vacantes precibus
et lectionibus privatis, consultatum diu fuit de translati-
one in alium locum, sed quò fugiemus à facie Domini, cum
propè omnia loca in Palatinatu sint infecta? orate
Deum nobiscum, ut flagellum hoc clementer avertat et
pareat gregi suo propter nomen suum. Vos adhuc invio-
nes esse à lue, confido, et vobis tranquillitatem grate
lor, Dominus te cum tuis servet, vir Reverende. Vale
Heidelbergæ pridie Calend: Decemb: 1596.

284

## D. Davidi Pareo

S. Dies fuit et debitor sum hodie solvendi. Brevibus igitur
literis tuis, sed plenis omnis humanitatis, amicitiæ, pietatis
æ, sapientiæ, θεοσεβείας, omnisque in me officii, vir lectiss.
& tot vinculis mihi conjunctissime, valde me recreâsti. Proh
nim sapientia varia ad consolationem meam complexus es
omnia. Et fatcor tibi non arrogantiâ aliquâ, sed ut tibi de a-
nimitate mea constet, omnia illa, etiam per has sex septiman
ab obitu filii mei (quanti adolescentis?) præmeditata mihi &
praxin revocata maturè. Prævidebam enim evenire posse
acciderunt, cum quasi extra jactum positus viderer. Humani
loquor. Uno die uxor lectissima & ancilla domui meæ fidelis
repta sunt peste. Quanquam quæ in fidelibus est pestis & la
nobis Christianis probatio est & exercitatio virtutis, ing

Cypria

Cyprianus de morte: & Dionijsius Alexandrinus apud Eu-
sebium Hipor: Eccles: lib: 7. Graviter me affectum sanè non
nego; nec enim corda lapidea sed carnea nobis tributa. Sed
reliqui naturam; assendi in sanctuarium Domini; repetii mij,
storia dei ex fidei nostræ ~~exemplis~~ literis; preces & lachrijmas,
Deo me obtuli, qui suspiria omnia suorum quasi in saculum colli,
git: proposui mihi communem omnium ingressum & exitum:
viam omnis carnis: exempla præsertim durum & patrum
nostrorum cum præceptis eorum conjungebam: mundi item
infinitas miserias: illecebras verò & concupiscentias ad peccata
innumeras quod ijs piis dei servis inter hæc in certamine positis,
& sæpe gementibus. Finis proximus erat accessus ad mortis con,
tentum, ubi Christus vitæ lux occurrebat, qui morte suâ mortem
vicit suis credentibus ut mors veræ vitæ nobis compendium facta
sit. Vult enim ut ubi ipse est, ibi sint cum ipso, quos pater illi de,
dit, ut videant gloriam ejus. Et pro sua quidem voluntate alios ci,
tius alios tardius evocat. Nec est quod immaturam ullius homi,
nis mortem putemus. Terminus constitutus est. Qui citò mori,
untur, in Domino tamen, citò navigârunt, & celeriter portum
æternitatis attigerunt, aliis subinde refluente vento, quasi in
sæculi fluctibus rejectis: eodem tamen redituris & brevi qui,
dem. Volat enim ætas. Sed resecanda nunc alia multa, quæ ani,
mo meo inhærent & velut flumine cor meum perfundunt: præ,
sertim fides, victoria nostra: paracletus Spiritus: dissolutio apud
Paulum: ad Christum accessus: ad montem Sion: cœlum primo
genitorum: in cœlum migratio: congregatio. Ideo & de omni,
bus Deum laudo, & ipsi commissi, sive velit me vivere diutius
ut Christi ecclesiæ inserviam, sive potiùs ut me transferre ve,
lit. Fiat voluntas ipsius sancta & justa & cum piorum salu,
te conjuncta. Morbus tamen non ita gravis adhuc est:

Sed

Sed subdolus fere es; & affirmo tibi, me nullâ luce correp
nulla signa sunt justa, & medici judicio & meo sensu. Bene
tamen facis, quòd collegii tui rationem habeas & præter
tâ nocte constitueram hoc ipso die certiorem te facere, ne
accederes. Suspiciones vitandæ sunt, cum officium charitatis
non periclitatur, ut hîc Dominus me aliande consolatur
& convenerunt me amici aliquot precipui: quibus tamen
libenter soleo parcere: voluntatem pro facto æstimo: & Deus
spero ita acceptabit, ob circumstantias, & redderevobisni
hilominus præmia promissa visitationi ægrotorum, Pro a
tua tibi gratias ago. Te & omnes Collegas, Professores, Sen
res, Pastores, Patri misericordiarum cum familiis humil
ter commendo inter assiduas meas preces & gemitus. Vos scio
mei memores quoque esse. Uxor valde piè obiit, dolui mihi
quàd meus tunc metus incideret, cum paulò post illa exspira
ret. Aliquoties tamen illi affini morbo gravatus: morien
valetudo adesse non patiebatur. Ita Deus suo consilio omnia
dispensat. Vale vir amicissime mihi, si quisquam adhuc
lum doloris mei d. 25 Novembr: sub noctem cum lectulu
tantillum reliquissem. Anno 1596. Heidelbergæ.

Tuus

Jacobus Kimedonius
S.Th.D. et Prof. Acad.
Heidelberg.

281) ✱ Lectori Salutem

Verè hæc cygnea fuit cantio sanctissimi viri. Postridie enim
die scilicet 26 Novembr animam suam Deo reddidit. Cui proin
per Spectabilem Facultatis decanum D. Danielem Tossanū
funus indictum fuit, hoc sequenti de programmate publicè